

tabella cum iureiurando Assiorum in Asia, scripta Graece (Mommsen eph. V p. 455). — 3) inheiri inperitque exemplum melius (emendavit Mo.). — 4) sic exemplum melius. — 5) alterum neque om. — 6) A. 57 d. 41. Mai., id est LII diebus post mortem Tiberii.

191 Matronis sacrum, | pro salute C. Caesaris | Augusti Germanici, | Narcissus C. Caesaris¹.

Pallantiae ad lacum Verbanum (lago Maggiore), lapis ornatus anaglyphis pertinentibus ad sacrificia (V 6644; de anaglyphis cf. Ihm ann. Rhenan. 83, 1887 p. 49). — 1) Narcissus potest esse is qui manumissus Claudio fuit ab epistulis.

192 M. Aquilá Iuliánó | P. Nónio Asprénáte cos.¹ | VII k. Iúniás, | pró salúte et páce et | victoriá et geniō | Cáesaris Au[gusti] | | Romae (VI 814). — 1) *Consules sunt ordinarii anni 38.*

193 C. Caesar Germanicus, Germanici | Caesaris f., Ti. Aug. n., | divi Aug. pron., divi | Iuli abn., Aug., pat. patr.¹, | cos. II², imp., trib. potestate II³, pontif. max., | a Baete et Iano Augusto | ad Oceanum |

Cordubae, lapis miliarius viae primariae provinciae Baeticae (II 4716). — 1) pat. patr. postmodo additum esse testatur Huebner. Testibus nummis patris patriae cognomen, primo quidem dilatum (Dio 59, 12), tamen ante finitum imperii annum primum recepit Caligula (Eckhel 6, 225). — 2) A. 59. — 3) Imperator a senatu appellatus est C. Caesar a. 57 d. 18 Mart. (act. Arv. a. 58), ut tribunicia potestate iterum fuerit a d. 18 Mart. 58 usque ad 17 Mart. 59.

194 Iuliae Drusillae | Germanici Caes[aris f.] | ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | d. [d].

In vico aliquo agri Mediolanensis (V 5722). — 1) Erasa sunt verba C. Caesaris Aug. | Germanici sorori.

195 Iuliae Drusillae, | German. Caesar. f., [T]i[b]erius parenti, num[i-nis] | honore delat[o, posuit]¹

Avennione (Avignon) (XII 4026 cf. Hirschfeld Wiener Studien 1884 p. 266 seq.). — 1) Supplevit Hirschfeld, coniciens titulum positum esse divae Drusillae a Tiberio Claudio Nerone qui postea imperavit, quamquam, ut ipse monuit, fratri filia ab homine sanae mentis vix dici potuit parens.

196 [di]vae Drusillae | sacrum | [C. R]ubellius C. f. Blandus¹ | [q.] divi Aug., tr. pl., pr., cos., [pr]ocos., pontif.

Tibure, nunc Romae (XIV 5576). — 1) C. Rubellius Blandus progener Tiberii, cf. Tac. ann. 6, 27.

197 pro salute | Caesarum et p. R. | Minervae et divae | Drusillae sacrum | in perpetuum | C. Agileius Primus | IIIIvir Aug., c. c. R., d. s. p. d.¹

Avarici Biturigum (Bourges) (Huebner ex. scr. ep. n. 495). — 1) Curator civium Romanorum de sua pecunia dedit.